



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

Anadiplosis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

— fuit et sibi et alii  
Anchises genitor, Dauni misereve senecta.  
Anadiplosis.

**Aquila.** Reduplicatio. Rarum apud oratores figura genus, frequentius apud poetas; si quando tamen, & in ciuilem orationem incidit, mediocrem dignitatem habet. Interest autem inter hoc, & palilogiam, ac cpanalepsin, quod hic ea, quae in superiore membro postrema ponuntur, in posteriore prima repetuntur, ad hunc modum. Concurrerat ad tantae rei nuntium, sicut commune ciuitatis periculum monebat, senatus frequens, equester ordo vniuersus. Tale est & illud Teretianum, Negat Phanium esse hanc sibi cognatum. Demipho negat esse cognatam.

**Lat. Ruf.** Anadiplosis item est eiusdem verbi continuatim repetitio, vt,

Et longam formase vale, vale inquit, tota.  
Et, OCorydon Corydon. que se dementia cepit?  
Et, Me, me, adsum qui feci, in me conuertere feruum.

**ORutuli.** Latine dicitur haec figura *duplicatio*, Vide Palilogiam.

**Anarepsis.**

Huius figurae meminit Hermogenes, & exemplum affert illud Demosthenis, οὐκ ἴδωσι θεῖσι, τα τὴν πόλιν, οὐδὲ πρὸς ἰσθμῶν ἐγγύθι, οὐδ' ἐν τούτοις, videtur grauis quaedam responsio, nam ἀνορέω, est consulta respondere.

**Analepsis.**

**Endem. v. d. d. c. p. an. i. f. a. s. i. s.** Repetitio eiusdem sententiae, vt ostendam primum causam non fuisse, cur à Praetore postulares, vt bona P. Quintij possideres, deinde ex edicto te possidere non potuisses, postremò, non possidisse. Differt ab anaphora, quòd haec sit repetitio in principijs sententiarum.

**Ananaco.**

**Lat. Lup.** Hoc schema tunc prodest, atque omnis eius utilitas in eo est: cum volumus ostendere necessitudinem aut naturae, aut temporis, aut alicuius personae: quemadmodum fecit Myron, Amicus meus fuit Cremonides, & opinione omnium magis familiaris: & pro salute eius, quae cumq; potui feci: sed postea quam maior vis legis, nostrum auxilium ab illius periculo remouit, calamitatis, ac luctus eius particeps eram. Nam opitulandi facultas om-

**Myron.**

nis crepta iam fuerat. Item Democharis. Nihil enim valebat assidua pro fratre, ac misericors deprecatio, cum iudicaret tyrannus: cuius crudelitas omnem naturae necessitudinem extinguebat.

**Anafsceno.**

Est superiorum proxima figura (scheseos, anthyphorae, &c.) qua ab aduersarijs maxima proposita distribuimus, ac redarguimus, velut falsa, vt

Nunc Lycia serues, nunc et Ioue missus ab ipso

Interpres diuum fert horrida iussa per auras.  
Latine dicitur *destruatio*, vel *euacuatio*.

**Anastropho.**

Αἰθέρας θέσσε ἐν δεύτερον τάξσει, vt ἐμοῦ μέτρα.  
Verus scholiast. Graecus, Anominatio in paronomasia.

**Antihypophora.**

Est figura sententiae, qua aduersariorum nobis sententias ac dicta proponimus, ac substituiamus, in hoc tantum, vt illis respondeamus, vt:

Verum anceps pugnae fuerat fortuna, fuisset. Si perisisset satis semel est, peccare fuisset ante satis. Latine dicitur *oppositio*, vel *oblatio*.

**Antimerabole.**

Commutatio, vt [ Non viuo, vt edam, sed edo, vt viuam, 4. ad Herenn. ] Haec eadem *Diakelion*, & *Anaclasis*.

**Antisagoge.**

**Compensatio.** Est autem huiusmodi, vbi aliquid difficile, & contrarium confitendum est: sed contra iniecit non minus sumum: qualia sunt haec de rege Ptolomaeo apud Cicero-

nem. Difficilis ratio belli gerendi: at plena fidei, plena pietatis. Et si dicas, magnus labor, multa pericula proponuntur: at gloria ex his immortalis est consequutura.

**Antiphrasis.**

Est figura sententiae, cum quaedam negamus nos dicere, & tamen dicimus: vt apud Lucilium, [ Non tango quod auarus homo est, quodque improbus, omitto. Et apud Virgilium.

Quid memorem portum, Lucrioque addita claustra:

Latine dicitur *omissio*. Alias antiphrasis est:

**Democh.**

**Lat. Ruf.** p. 36.

**Lat. Ruf.** p. 38.

**Prolepsis.**

**Subiectio.**

**Aquila p.** 16.

**Orav.** 4. p. 10.

**Ant. i. p. 10.**

**Alexand.**

**Rhetora.**

**Lat. Ruf.** p. 37.